INCIPIT EPISTOLA BEATI GREGORII PAPAE URBIS ROMAE AD LEANDRUM UUISIGOTARUM EPISCOPUM.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI LEANDRO COEPISCOPO GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.





vdum te frater beatissime in constantinopolita
na urbe cognoscens. cum me illic sedis apostolice
responsa constringerent. et te illic iniuncta
pro causis fidei uuisigotarum legatio perduxisset.
omne in tuis auribus quod michi de me displi
cebat exposui. quoniam diu longeque conversionis gratiam
distuli et postquam celesti sum desiderio afflatus.
seculari habitu contegi melius putavi.
Aperiebatur enim michi iam de eternitatis amo
re quid quererem. sed inolita me consuetudo
devinxerat. ne exteriorem cultum mutarem.
Cumque adhuc cogeret animum presenti mundo
quasi specietenus deservire. ceperunt multa
contra me ex eiusdem mundi cura succrescere.
ut in eo iam non specie. sed quod est gravius
mente retinerer. Que tandem cuncta
sollicite fugiens. portum monasterii petii.
et relictis que mundi sunt ut frustra
tunc credidi. ex huius vite naufragio
nudus evasi. Quia enim plerumque navem
incaute relictam. etiam de sinu tuti litto
ris unda excutit. cum tempestas excrescit.
repente me sub pretextu ecclesiastici or
dinis in causarum secularium pelagus rep
peri. et quietem monasterii quia habendo
non fortiter tenui. quam stricte tenen
da fuerit perdendo cognovi. Nam cum michi
ad percipiendum sacri altaris ministerium obedi
entie virtus opponitur. hoc sub ecclesie colo
re susceptum est. quod si inulte liceat. iterum
fugiendo deflectatur. Postque hoc nolenti mi
atque renitenti dum grave esset altaris
ministerium. etiam pondus est cure pastoralis in
iunctum. quod tanto nunc durius tolero. quanto
me inparem sentiens. in nulla fiducie consola
tione respiro. Quia enim mundi iam tempora
malis crebrescentibus termino propinquante tur
bata sunt. ipsi nos qui interius mysteriis deser
vire credimur. curis exterioribus implicamur.

gratiam sic fractura organi dissipat. ut hanc pe
ritie ars nulla componat. Queso autem. ut huius
operis dicta percurrens. in his verborum folia non requi
ras. quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus
infructuose loquacitatis levitas studiose com
pesci compescitur. dum in templo dei nemus plantari
prohibetur. Et cuncti procul dubio scimus. quia
quotiens in foliis male lete segetis culmi profici
unt. minore plenitudine spicarum grana tur
gescunt. Unde et ipsam loquendi artem quam
magisteria discipline exterioris insinuant.
servare despexi. Nam sicut huius quoque epistole
tenor enuntiat. non metacismi collisionem fu
gio. non barbarismi confusionem devito. Situs
modosque etiam prepositionum casus servare contem
no. quia indignum vehementer existimo. ut
verba celestis oraculi restringam sub regulis
donati. Neque enim hec ab ullis interpretibus in
scripture sacre auctoritate servata sunt. Ex qua
nimirum quia nostra expositio oritur. dignum pro
fecto est. ut quasi edita suboles. speciem sue ma
tris imitetur. Novam vero translationem dissero.
sed cum probationis causa me exigit. nunc no
vam nunc veterem per testimonia assumo. ut
quia sedes apostolica cui deo auctore presideo utraque
utitur. mei quoque labor studii ex utraque
fulciatur. Explicit epistola ad lean
drum episcopum. Incipit pro
logus beati gregorii pape urbis
rome. in libro moralium beati iob.



INTER multos sepe queritur. quis libri beati iob scriptor
habeatur. Et alii quidem moysen. alii unum quem
libet ex prophetis. scriptorem huius operis fuisse
suspicantur. Quia enim in libro geneseos iobab
de stirpe esau descendisse. et bale filio beor
in regnum successisse describitur. hunc beatum
iob longe ante moysi tempora extitisse credi
derunt. morem profecto sacri eloquii nescientes.
quia in superioribus suis partibus solet breviter lon
ge post secutura perstringere. cum studet ad
alia subtilius enumeranda properare. Unde
et illic iobab priusquam reges in israel existerent
fuisse memoratur. Nequaquam ergo extitisse ante
legem cognoscitur. qui israheliticorum iudicum
tempore fuisse signatur. Quod dum quidam
minus caute considerant. moysen gestorum illius
quasi longe ante positi scriptorem putant. ut
videlicet is qui potuit ad eruditionem nostram
legis precepta edere. ipse credatur etiam ex gen
tilis viri hystoria virtutis ad nos exempla man
dasse. Nonnulli vero ut dictum est. scriptorem huius
operis. unum quemlibet de prophetis arbitrantur.
asserentes quod nullus tam mistica dei verba
cognoscere potuit. nisi cuius mentem prophetie
spiritus ad superna sublevavit. Sed quis hec
scripserit. valde supervacue queritur. cum tamen
auctor libri spiritus sanctus fideliter credatur. Ipse igitur
hec scripsit. qui scribenda dictavit. Ipse scrip
sit. qui et in illius opere inspirator extitit. et
per scribentis vocem. imitanda ad nos eius facta
transmisit. Si magni cuiusdam viri susceptis
epistolis legeremus verba. sed quo calamo fuissent
scripta quereremus. ridiculum profecto esset. si non
epistolarum auctorem scire. sensumque cognoscere.
sed quali calamo earum verba impressa fuerint
indagare. Cum ergo rem cognoscimus. eiusque auctorem
rei spiritum sanctum tenemus. quia scriptorem querimus.
quid aliud agimus. nisi legentes litteras. de calamo
percunctamur. Arbitrari tamen verius possumus
quod isdem beatus iob. qui certamina spiritualis pug
ne sustinuit. etiam consummate sue victorie
gesta narravit. Nec movere debet quod in eo
dem libro dicitur. dixit iob vel hec atque illa pertulit
iob. Mos enim scripture sacre est ut ipsi qui
scribunt. sic de se in illa. quasi de aliis loquantur.
Hinc est enim quod moyses ait. Erat moyses mitissi
mus super omnes homines qui morabantur in terra.
Hinc iohannes dicit. Discipulus ille quem diligebat
ihesus. Hinc lucas ait quod ambularent duo ex
discipulis in via. cleophas et alius. Qui videlicet profecto
alium dum tam studiose tacuit ut quidam dicunt.
se ipsum fuisse monstravit. Scriptores igitur sacri elo
quii. quia impulsu sancti spiritus agitantur. sic de se
in illo testimonium tamquam de aliis proferunt. Sanctus
ergo spiritus per moysen locutus est de moyse. Sanctus spiritus
per iohannem locutus est de iohanne. Paulus quoque quia
non ex se ipso loqueretur. insinuat dicens. An
experimentum queritis eius. qui in me loquitur christus.
Hinc est quod angelus qui moysi apparuisse descri
bitur. modo angelus. modo dominus memoratur.
Angelus videlicet propter hoc. quod exterius loquen
do serviebat. dominus autem dicitur. quia interius pre
sidens. loquendi efficaciam ministrabat. Cum ergo
loquens ab interiori regitur. et per obsequium an
gelus. et per inspirationem dominus nominatur. Hinc
david ait. Attendite popule meus legem meam.
inclinate aurem vestram in verba oris mei. Non enim
lex david. aut populus david. sed personam eius ex

tam districto examine. pro uerborum suorum culpa reprobaret. Contempnendo quoque dominum in uetustate se retinent. sed in uetustate retinendo prauis suis sermonibus speculationi rectorum nocent.

Quia uero nonnumquam heretici diuine gratie largitate perfusi. ad unitatem sancte ecclesie redeunt. bene hoc ipsa amicorum reconciliatione signatur. Pro quibus tamen iob exorare percipitur. quia hereticorum sacrificia accepta esse deo nequeunt nisi per eius uniuersalis ecclesie manibus offerantur. ut eius meritis remedium salutis inueniant. quam uerborum iaculis impugnando feriebant. Vnde et septem pro eis sacrificia memorantur oblata. quia dum septiformis gratie spiritum confitentes accipiunt. quasi septem oblationibus expiantur. Hinc est quod in iohannis apocalypsi. per septem ecclesiarum numerum. uniuersalis ecclesia designatur. Hinc per salomonem de sapientia dicitur. Sapientia edificauit sibi domum. excidit columnas septem. Ipso ergo sacrificiorum numero. reconciliati heretici quid prius fuerint exprimunt. qui perfectioni septiformis gratie non nisi redeundo iunguntur. Bene autem tauros pro se et arietes. obtulisse describuntur. In tauro quippe ceruix superbie. in ariete autem ducatus gregum sequentium designatur. Quid est ergo pro eis tauros arietesque mactare. nisi eorum superbum ducatum interficere. ut de se humilia sentiant. et post se corda innocentium non seducant. Ceruice enim tumenti ab ecclesie unitate resilierant. et infirmos post se populos. quasi sequentes greges trahebant. Veniant igitur ad beatum iob. id est reuertantur ad ecclesiam. et septenario sacrificio tauros et arietes mactandos offerant. quia ut uniuersali ecclesie coniungantur. humilitate interueniente interficiant. quicquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant. Per heliu autem. qui rectis quidem sensibus loquitur. sed ad stulta elationis uerba diriuatur. persona uniuscuiusque arrogantis exprimitur. Multi namque intra sanctam ecclesiam positi. recta que sapiunt. recte proferre contempnunt. Vnde et diuina increpatione arguitur. nec tamen pro illo sacrificium offertur. quia fidelis quidem. sed tamen arrogans pro ueritate credulitatis intus est. sed pro tumoris sui obstaculum. acceptabilis non est. Hunc ergo increpatio redarguit. sed sacrificium non reducit. quia in ea quidem fide est. in qua esse debuit. sed superna hunc iusticia increpans. pro superfluis repellit. Vnde et bene heliu. latino sermone dicitur deus meus iste. uel deus meus dominus. Arrogantes enim uiri intra sanctam ecclesiam quamuis deum elate uiuendo refugiunt. eum tamen ueraciter credendo confitentur. Quid est enim deus meus iste. nomine dicere. nisi eum cui credidit aperta professione monstrare. Vel quid est deum dominum dicere. nisi hunc et deum per diuinitatem credere. et dominum ex incarnatione perhibere.

Marginal note: passio dicitur. docemur quod expendo nouimus. per hoc uero

Bene autem post dampna rerum. post funera pignerum. post cruciatus uulnerum. post certamina pugnasque uerborum. duplici remuneratione subleuatur. quia nimirum sancta ecclesia adhuc etiam in hac uita posita. pro laboribus quos sustinet. duplicia munera recipit. cum susceptis plene gentibus in fine mundi iudeorum corda. etiam ad se conuertit. Hinc enim scriptum est. Donec plenitudo gentium introiret. et sic omnis israel saluus fieret. Duplicia post modum recepit. quia finito labore presentis temporis. non solum ad animarum gaudium. sed etiam ad beatitudinem corporum ascendet. Vnde bene per prophetam dicitur. In terra sua. duplicia possidebunt. Sancti quippe in terra uiuentium duplicia possident. quia nimirum beatitudine mentis simul. et corporis gaudent. Vnde iohannes in apocalypsi. quia ante resurrectionem corporum clamantes sanctorum animas uidit. accepisse eas stolas singulas aspexit dicens. Et date sunt illis singule stole albe. et dictum est illis. ut requiescerent tempus adhuc modicum. donec impleretur numerus conseruorum et fratrum eorum. Ante resurrectionem quippe stolas singulas. accepisse dicti sunt. quia sola adhuc mentis beatitudine perfruuntur. Binas ergo accepturi sunt quando cum animarum perfecto gaudio etiam corporum incorruptione uestientur. Scite autem afflictio quidem beati iob dicitur. sed quantitas temporis in eius afflictione reticetur. quia sancte ecclesie in hac uita tribulatio cernitur. sed quanto hic tempore conterenda atque differenda sit ignoratur. Vnde et ore ueritatis dicitur. Non est uestrum nosse tempora uel momenta. que pater posuit in sua potestate. Per hoc ergo quod beati iob afflictio dicitur. quod quantitas temporis in passione reticetur. docemur quid nescire debeamus. In longum prefationis uerba pertraximus. ut quasi totum breuiter perstringendo loqueremur. Sed quia ad loquendi initium. diu loquendo peruenimus. debemus prius hystorie radicem figere. ut ualeamus mentem postmodum. de allegoriarum fructu saciare. Explicit prologus.

Incipit liber primus moralium iob. editus a beato gregorio papa urbis rome. pars prima.

VIR ERAT

mox intuitu iesus reuerberatur. Quia autē
paruulus est qui terrena diligit. magnus q
ętna concupiscit. potest etiam sic non in
conuenienter intelligi. paruulū occidit in
uidia. qm huius pestis languore non morit̄.
nisi qui adhuc in desideriis infirmatur.

Explicit pars prima moralium
beati iob. liber quintus.

Incipit pars secunda. liber sextus.



ERVATA

historię ueritate beati iob dicta. amicorūq;
illius. mistica ꝓposui interpretatione discutere.
quia cunctis uera scientib; liquet. qđ redempto
rem mundi totis suis alligationib; cu iat
sacra scriptura ꝓmittere. eumq; ꝑ electos
omīs. ut ꝑ eius scilicet studuit membra signa
re. Vnde & isdem beatus iob latino eloquio
dolens dr̄. ut ꝑ eius & nomen & uulnera. re
demptoris nr̄i passio designetur. De quo ꝓpheta
ait. Vere languores nr̄os ipse tulit. & dolo
res nr̄os ipse portauit. Cui temptator ablatis
omnib; & seruos & liberos occidit. qr̄ non solū
iudaicū populū ex timore seruientē. sed ip
sos quoq; ap̄tos in suo amore regeneratos.
passionis eius tēpore. telo ꝑfidie ꝑculit.
Vulnere beati iob corpus adteritur. qr̄ redemp
tor nr̄. configi clauis in crucis patibulo non
dedignatur. A planta autē pedis usq; aduer
ticē uulnera suscepit. quia scām ecclām
quę corpus eius ē. non solū ꝑ extrema & ul
tima. sed usq; ad sūma menbra ꝑsecutione
seuiens. temptator affligit. Vnde etiā pau
lus dicit. Compleo ea quę desunt passionū
xp̄i. in carne mea. Cui suadere uxor ad
maledicendū nititur. qr̄ carnales quiq; in
tra scām ecclām. ad uitores callidi tēptato
ris existunt. Quę enī ad maledicendū ꝓ
uocat. uitā carnaliū designat. qr̄ ut sup̄
iā diximus. intra scām ecclām incorrecti
morib; positi. quo ꝑfidē bonis iuxta sunt.
eo puītā durius premunt. Quia enī quasi
fideles uitari nequeunt. a fidelib; tanto
deterius. quanto & interius tolerantur.
Amici uo illius qui quasi ad consolandū ueni
unt. sed ad uerba asperę inuectionis ex
cedunt. hereticorū speciē tenent. qui cū
contra bonos dn̄i defendere nituntur offe
ndunt. Hec itaq; supius latius dicta. nunc
breuiter studui ex mystica designatione
sugcingere. ut lector mīs ex ipsa hac repli
catione meminerit me in hoc opere sp̄itali
intellectui deseruire. & tamē cū utilitatis
usus postulat. subtilit̄ quoq; studui hystorię
uerba discutere. Cumq; uo necesse est. simul
utrūq; cōplector. ut sp̄itales fructus allego
ria germinet. quos tamen ex radice hystorię
ueritas ꝑducit. Amicos uo beati iob quos he
reticorū speciē tenere diximus. indictis suis
nequaquā pomia reprobamus. qr̄ dū ꝑ supnā
sententiā contra eos dr̄. non estis loquuti corā
me rectū & ꝓtinus additur sicut seruus mīs
iob. ꝓfecto liquet. qr̄ non omino despicit̄.
qđ ex melioris cōparatione reprobat̄. In rep
hensione quippe eius incaute dilabuntur.
sed tamen qr̄ tanti uiri amici sunt. ex fami
liaritate illius mystica multa didicerunt.
Vnde sicut supius diximus. eorū uerbis etiā
paulus utitur. & hęc in adsertionis suę ad
iutorio assumens. ꝓlata ex ueritate testat̄.
quę tamen ueritas recte rephendit. quia
quālibet fortis sententia. contra scm̄ uirū
ꝓferri non debuit. Possunt ergo mystice eliphaz
uerba pensari. quib; ad beatū iob loquitur
dicens. Ego uidi stultū firma radice. & male
dixi pulchritudini eius statim. Stultus quippe
iudeorū populus extitit. qui ipsā in carne
ꝑsentiā ętnę sapientię spreuit. Qui quasi
firma radice conualuit. qr̄ electorū uitā.
tēporalit̄ extinguendo supauit. Sed hunc
eliphaz maledicendo despicit. qr̄ nimirū
omīs heretici quorū tenere speciē amicos
beati iob diximus. cū de nomine xp̄i glo
riantur. iudeorū ꝑfidiā ex auctoritate

Quis hec non per superbiam prolata crederet, nisi sententiam iudicis audiret, qua ait: *Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Iob?* Restat ergo ut nullus auctoris verba reprehendere audeat, que constat quia iudex laudat; sed tanto in intimis suis cautius subtiliusque rimanda sunt, quanto durius foris sonant. Vir etenim sanctus humani generis dampna considerans, unde quo venerit pensans, quod homo pollicente adversario boni malique scientiam appetens, scire perdidit etiam semetipsum, ita ut veraciter dicat: *Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea*; quod post expulsionis penam flagella quoque corruptionis sustinet, et adhuc ad carnis vel certe ad mentis interitum etiam post tormentum tendit, ut recte dicat: Et innocentem et impium ipse consumit; mediatoris contra hec gratiam requirit dicens: Si flagellat, occidat semel. Nos enim quia et a deo mente recessimus et carne ad pulverem redimus, pena duplicis mortis astringimur; sed venit ad nos qui pro nobis carne moreretur, qui simplam suam duplici nostre coniungeret, et nos ab utraque morte liberaret. De quo per Paulum dicitur: Quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel. Dampna ergo vir sanctus nostre corruptionis aspiciat, et unam que duas nostras destruit mortem mediatoris querat, atque hanc desiderans dicat: *Si flagellat occidat semel*. Sed ecce quasi humilitati renititur, quod protinus subinfertur: *Et non de penis innocentum rideat*. Que tamen valde humillima sine difficultate cognoscimus, si humili hoc mente pensamus. Cunctis etenim liquet quod omne desiderium pena est cum differtur, Salomone quoque attestante qui ait: Spes que differtur affligit animam. Ridere autem dei est humane nolle afflictioni misereri.

Unde per Salomonem rursum dominus reprobis in culpa perdurantibus dicit: Ego quoque in interitu vestro ridebo, id est afflictioni vestre nulla pietate compatior. Ante redemptoris ergo adventum penam suam electi omnes habuerunt, quia estuante desiderio incarnationis eius mysterium videre cupierunt, ipso attestante qui ait: Multi dico vobis iusti et prophete voluerunt videre que videtis, et non viderunt.

Pene itaque innocentium sunt desideria iustorum.

Quousque ergo electorum suorum vota dominus non est patiens distulit, quid aliud quam penas innocentium risit? Itaque vir sanctus venturi redemptoris dona considerans, et votorum suorum dilationem graviter tolerans dicat: *Si flagellat occidat semel, et non de penis innocentium rideat*. Ac si aperte exoret dicens: Quia vita nostra cotidie flagello vindicte pro culpa atteritur, ille iam veniat, qui pro nobis semel sine culpa moriatur, ut de innocentium penis deus ultra non rideat, si ipse carne passibilis apparet, in cuius se desideriis mens nostra castigat. Vel certe si risum dei eius leticiam appellat, de innocentium penis ridere dominus dicitur, quia quo a nobis ardentius queritur, eo de nobis suavius letatur. Quasi quoddam quippe ei ex pena gaudium facimus, cum per sancta desideria pro eius nos amore castigamus.

Hinc psalmista ait: Constituite diem sollempnem in confrequentationibus, usque ad cornu altaris.

Sollempnem namque diem domino in confrequentatione constituit, quisquis se assidue in eius desiderio affligit. Qui nimirum sollempnitatis dies usque ad altaris dies cornu tendi precipitur, quia tamdiu necesse est ut quisque se afficiat, quousque ad superni sacrificii altitudinem, id est ad gaudia eterna pertingat. Iustus ergo vir quia impleri desiderium suum appetit non differri, humiliter dicit: *Non de penis innocentium rideat*. Ac si diceret: Vota nostra libenter accipiens ultra non differat, sed ostendendo exhibeat eum, qui nos in sua expectatione castigat. Quia vero eum specialiter beatus Iob occidi semel petiit, qui carnis solius mortem in mundi pro nobis fine toleravit, protinus aperit, qui ipsum quoque ordinem eius passionis adiungit dicens: *Terra data est in manus impii, vultum iudicum eius operit*. Quid enim terre nomine nisi caro exprimitur? Quis appellatione impii nisi diabolus designatur? Huius impii manus fuerunt hi qui in redemptoris nostri morte grassati sunt.

Terra itaque data est in manus impii, quia antiquus hostis redemptoris mentem corrumpere ipse temptando non valuit, sed eius carnem per suos satellites ad triduum permissus extinxit, et dispensationi superne pietatis nesciens, ex hac ipsa permissione servivit. Tribus etenim redemptorem nostrum temptationibus pulsans, cor dei temerare non valuit; sed cum Iude mentem ad traditionem carnis excitavit, cumque ei cohortem atque a pontificibus et phariseis ministros tradidit, nimirum iste impius manus ad terram tetendit. Huius terre iudices sacerdotes et principes, Pilatus atque illusores milites fuerunt. Iste itaque impius vultum iudicum eius operuit, quia corda persequentium ne auctorem suum cognoscerent, malitie nubilo velavit. Unde per Paulum dicitur: Usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen est super cor eorum. Qui rursus ait: Si enim cognovissent, numquam dominum glorie crucifixissent.

Vultus ergo iudicum opertus extitit, quia mens persequentium eum quem carne tenere potuit, dominum nec per miracula agnovit. Quia vero

ferro & plumbi lamina scripta sunt. Qua u͛o
hec etiā dura gentiliū corda cognouerunt.
quid aliud n̄ sculta insilice uisa sunt. Et no
tandū quia inplūbo q̄d scribit͛ ipsa metalli mol
litia citius deletur. Insilice u͛o tardius quidē
ualent littere exprimi. sed difficilius deleri.
Non ergo inmerito ꝑ plumbi lamina iudea expri
mitur. que p̄cepta dī & sine labore p̄cepit. &
cū celeritate ꝑdidit. Recte ꝑ silicē gentilitas
figuratur. que u͛ba sacri eloquii uix custodi
enda suscipere potuit. sed tamē fortit͛ suscepta
seruauit. Per stilū u͛o ferreū quid aliud quā for
tis dī sententia designatur. unde & ꝑ prophām
dicit͛. Peccatū iude scriptū est stilo ferreo. in
ungue adamantino. In ungue finis est corpo
ris. Et u͛o lapis durus est adamans. ut ferro
non ualeat secari. Per stilū ergo ferreū fortis sen
tentia. ꝑ unguē u͛o adamantinū signatur
finis eternus. Peccatū u͛o iude stilo ferreo inun
gue adamantino scriptū esse dicit͛. quia
culpa iudeoꝝ ꝑ fortē dī sententiā. infine ser
uatur infinito. Recte quoq; etiā ꝑ plumbi
lamina eos accipim͛. quos auaricie pondus
grauat. quib; ꝑ increpantē p̄phām dicitur.
Filii hominū usquequo graues corde. Per plū
bum naq; cui natura grauis est ponderis.
peccatū auaricie specialiter designatur.
quod mentē quā infecerit ita grauem reddit.
ut ad appetenda sublimia attolli nequaquā
possit. hinc enī in zacharia scriptū est. Leua
oculos tuos & uide quid est hoc quod egredit͛.
Et dixi. Quid nā est. & ait. hec est anfora e
grediens. Et dixit. hic est oculus eoꝝ inuni
uersa t͛ra. Et ecce talentū plūbi portabat͛.
Et ecce mulier una. sedens inmedio anfore.
Et dixit. hec est impietas. Et ꝓiecit eā in
medio anfore. & misit massā plūbeā inos eius.
Qui de hac uisione anfore & mulieris & plūbi
ut lacius quid cognouisset. ostenderet. adhuc
secutus adiunxit. Et leuaui oculos meos &
uidi. & ecce due mulieres egredientes & sp̄s
inalis earū. & habebant alas quasi alas milui.
Et leuauerunt anforā inter terrā & celū. Et
dixi ad angl̄m qui loquebat͛ in me. Quo iste
deferunt anforā. Et dixit ad me. Ut edifice
tur ei domus in t͛ra sennaar. Quid prophete
testimonii inutiliter ꝓ documento plūbi pro
tulimus. si non etiā repetentes exponamus.
Ait enī. leua oculos tuos & uide. Quid est hoc
quod egredietur. Et dixi. Quid nam est. &
ait. hec est anfora egrediens. Volens d̄s ꝑ
p̄phē ostendere humanū genus. ex qua ab eo
maxime culpa dilabatur. ꝑ imaginē anfore
quasi patens os auaritie designauit. Auaritia
quippe uelut anfora est. que os cordis in am
bitu apertum tenet. Et dixit. hic est oculus
eoꝝ in uniu͛sa t͛ra. Multos obtunsi sensus ho
mines cernimus. & tamen eos in malis actib͛
astutos uidemus. Propheta quoq; attestante
qui ait. Sapientes sunt ut faciant mala.
bene autē facere nesciunt. hi itaq; sensu
torpent. sed in his que appetunt. auaritie
stimulis excitant͛. & qui ad bona uidenda
ceci sunt. excitantib͛ p̄miis ad ꝑagenda
mala uigilantes fiunt. Unde recte de hac
eadē anfora dicit͛. hec est oculus eoꝝ in uni
u͛sa t͛ra. Et ecce talentū plūbi portabatur.
Quid est talentū plūbi. n̄i excaecāte auaritia
pondus peccati. Et ecce mulier una sedens
in medio anfore. Quā mulierē ne fortasse que
esset dubitare possem͛. ilico angelus innotuit.
Nā illic mox sequitur. Et dixit. hec est im
pietas. Et ꝓiecit eā in medio anfore. Impie
tas in medio anphore ꝓicitur. quia nimirū
in auaritia semꝑ impietas tenetur. Et misit
massā plumbi in os eius. Massa plumbi in os
mulieris mittitur. quia scilicet impietas
auaritie peccati pondere grauatur. Sic enī
ad ea que deorsū sunt non ambire. erga
dn̄m ac ꝓximos impie nequaquā existeret.
Et leuaui oculos meos & uidi. & ecce due muli
eres egredientes & sp̄s in alis earū. Quid aliud
in his duab; mulierib; accipim͛. n̄i duo princi
palia uitia. sup̄biā uidelicet & gl̄am inanē.
Que impietati absq; ulla dubitatione coniun
cta sunt. Que & in alis suis sp̄m habere nar
rantur. q̄r & in actionib; suis sathane uolun
tati deseruiunt. Ipsū quippe ꝓp̄ha sp̄m ap
pellat. de quo salomon ait. Si sp̄c potestatē
habentis ascenderit sup̄ te. locum tuū ne
dimiseris. Et de quo in euuangl̄io dn̄s dicit.
Cū inmundus sp̄s exierit ab homine. ambulat
ꝑ loca arida & inaquosa. Sp̄s in alis earum est.
quia sup̄bia & inanis gl̄a ꝑ omē quod agunt.
sathane uoluntati famulantur. Et habebant
alas quasi alas milui. Miluus semꝑ nature
studet insidiari pulloꝝ. Iste ergo mulieres alas
habent quasi alas milui. quia actiones ea
rū diabolo sunt ꝑ ꝑculdubio similes. qui in
sidiatur uite paruuloꝝ. Et leuauerunt
anphorā inter t͛ram & celū. Sup̄bia & uana
gl̄a habent hoc ꝓpriū. ut eū quē infece

non in lingua exerit. sed sub lingua premit. Bene autem de hoc hypocrita dicitur. Parcet illi et non derelinquet illud. et celabit in gutture suo. Malo enim quod diligit parcet. quia non hoc in semet ipso penitendo persequitur. Unde et additur: Non derelinquet illud. Si enim uellet relinquere nequaquam parceret. quia persequeretur. Sed hoc celat in gutture. quia seruat in cogitatione. ut nunquam proferat in uoce. Sequitur. Panis eius in utero illius uertetur in fel aspidum intrinsecus. Quod panis in utero. hoc est sacietas temporalis delectationis in mente. Saciatur ergo nunc hypochrita illata laude. delectatur honoribus. panis eius in utero illius uertetur in fel aspidum intrinsecus. quia satietas transitorie delectationis. in retributionis finem ad amaritudinem uertetur. Et fel aspidum id est malignorum spirituum persuasio fuisse cognoscitur. quod hic laus glorie esse credebatur. Tunc etenim iniqui uident quod antiqui serpentis ueneno infecti sunt. dum flammis ultricibus traditi. cum eodem suo persuasore cruciantur. Panis iste aliud in ore sapit et aliud in utero. quia transitorie delectationis leticia dulcis est. cum hic quasi mandendo agitur. sed amarescit in utero. quia per acta leticia degluttitur ad penam. Vel certe quia panis scripture sacre intelligentia. non inconuenienter accipitur. que mentem reficit. eique boni operis uires prebet. et plerumque hypochrita etiam sacri eloquii erudiri misteriis studet. non tamen ut ex eisdem uiuat. sed ut ceteris hominibus quam sit doctus appareat. Panis eius in utero illius in fel aspidum intrinsecus uertitur. quia dum sacre legis scientia gloriatur. uite potum conuertit sibi in ueneni poculum. et inde reprobus moritur. unde ad uitam erudiri uidebatur. Neque hoc autem inconuenienter accipitur. quod non nunquam hypochrita dum doctrine uerbo ad ostensionem studet. diuino iudicio cecatus. hoc ipsum uerbum peruerse intelligit. quod male querit. Cum in errorem hereseos labitur. contingit ei. ut sicut de felle aspidum. sic infelix de pane moriatur. et in doctrina sua mortem inuenit. quia in uerbis uite. uitam minime quesiuit. Sepe uero euenit ut diuine ammonitionis eloquia etiam si recte hypochrita intelligat. quia in opere nequaquam seruat. hec etiam priusquam presentis uite cursum finiat amittat. ut perdat scire quod sciendo noluit agere. Unde et subditur: Diuitias quas deuorauit euomet. et de uentre illius extrahet illas deus. Vult hypochrita scire diuina eloquia nec tamen facere. uult docte loqui. nec uiuere. et pro eo quod non agit que nouit. etiam hoc quod nouit amittit. ut quia scientie sue puram operationem non sociat. contempta puritate boni operis. et scientiam perdat. Diuitias ergo sacre legis quas legendo deuorauit, obliuiscendo euomet. eas que de uentre illius deus extrahet. quia hoc quod seruare noluit. iusto iudicio de eius memoria euellit. ne precepta dei saltem in lingua teneat. que non seruat in uita. Unde per prophetam dicitur. Peccatori autem dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas. et assumis testamentum meum per os tuum? Que etiam uerba doctrine. si quando contingit ut hypochrita usque ad finem uideatur in ore retinere. inde magis dampnabitur. unde bono dei munere etiam malus minime priuatur. Scriptum quippe est. Memoria retinentibus mandata eius. ut faciant ea. Qui ergo mandata illius memoria retinet. sed nequaquam facit. in doctrine uerbis sententias quibus dampnetur tenet. Hinc quippe in zacharia scriptum est. Quid tu uides zacharias? Et dixit. Ego uideo uolumen uolans. Longitudo eius uiginti cubitorum. et latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egreditur super faciem uniuerse terre. quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur. Quid namque est uolumen uolans. nisi scriptura sacra? Que dum de celestibus loquitur. ad superiora mentis nostre intentionem leuat. quia dum illam super nos esse aspicimus. ima attendere id est concupiscere deuitamus. Que latitudinem decem cubitorum. longitudinem uero uiginti habere perhibetur. quia latitudo operationis nostre simpla est. et longanimitas spei in duplum tendit. quoniam pro bono nostro opere et hic nobis mentis requies. et illic gaudia eterna preparantur. ueritate attestante qui ait. Si quis reliquerit domos. aut agros. et cetera. centuplum in hoc seculo recipiet. et in futuro uitam eternam possidebit. Centenarius quippe numerus decuplato denario fit perfectus. Hic itaque centuplum recipit. quia et si nichil habuerit. ipsa tamen perfectione mentis iam in hoc seculo habere nichil querit. Quia ergo per hanc duplum nobis pro simplo reddetur. recte hoc uolumen per uiginti cubitos in longum tenditur. que per decem dilatatur. Sed quia hec ipsa sacra eloquia ad eternam dampnationem sunt eis qui illa uel scire noluerunt. uel certe sciendo contempnunt. recte de uolumine hoc dicitur. hec est maledictio que egreditur super faciem uniuerse terre. Et cuius maledictio

contingit ut plerique dum desident, et uitae suae tempora in desideriis carnalibus expendant. sed tamen superna gratia respecti, in extremis suis ad deum redeunt. quae sunt iudicia aeterna cognoscunt. cunctaque quae se peruerse egisse meminerunt, fletibus puniunt. atque haec uere se insequi rectis operibus ostendunt. quibus subsequente iusticia profecto totum dimittitur quod ante deliquerunt. Hinc enim per prophetiae spiritum anna dicit. Dominus iudicabit fines terrae. quia nimirum ante actam uitam deus non iudicat. quando posteriora peccatorum respectu supernae pietatis illustrat. Hinc moyses ait. Primogenita asini mutabis oue. Per asinum quippe inmundicia. per ouem uero innocentia designatur.

Asinum ergo primogenita oue mutare est. inmundae uitae primordia innocentiae simplicitate conuertere. et postquam illa peccator egit. quae ut inmunda dominus respuit. ea iam agendo proferat. quae dei sacrificio imponat. Quia ergo peccator post praua opera conuertitur. et ab actionum suarum tenebris iuxta finem aliquando reuocatur. recte nunc dictum est. et lumen illius super terminos terrae. Sed graui luctu afficit eadem gratia. quae post facinora mentem replet. Nam male gesta ad memoriam reducit. sibique hominem quam sit iuste dampnandus ostendit. Unde fit ut peccatum omne quod se egisse reminiscitur. cotidianis fletibus insequatur. et quo magis ualet iam quod iustum est cernere. eo ardentiori appetitu iniustum se gemitibus punire. Unde apte subiungitur.

Post eum rugiet sonitus. Quem enim dominus illustrando repleuerit. ei procul dubio uitam in lamentum uertit. atque illuminatae menti quo magis aeterna supplicia insinuat. eo hanc durius de transacta nequicia gemitibus fatigat. et dolet homo quod fuit. quia bonum iam incipit uidere quod non fuit. Odit qualem se fuisse meminit. amat qualem se esse debuisse cognoscit. et solam iam penitentiae amaritudinem diligit. quia caute considerat in quantis uoluptatibus sua delectatione peccauit. Bene ergo dicitur post eum rugiet sonitus. quia cum mentem deus ingreditur. constat procul dubio quod mox penitentiae gemitus sequatur. ut ei iam salubriter flere libeat. quae prius de iniquitatibus flenda iocunditate gaudebat. Sed quo uberius culpa fletur. eo altior cognitio ueritatis adtingitur. quia ad uidendum lumen aeternum polluta diu conscientia lauacro baptismi renouatur. Unde post penitentiae rugitum apte subiungitur. Tonabit uoce magnitudinis suae. Voce enim suae magnitudinis dominus tonat. cum se nobis iam per lamenta bene preparatis quam sit magnus in supernis insinuat. Quasi enim de celo tonitrus procedit. cum nos incuria negligentiaque torpentes. respectus gratiae pauore subito percutit. atque intra positi sonum de superioribus audimus. quia terrena cogitantes superni terroris sententiam repente pertimescimus. et mens bene iam de summis sollicita trepidat. quae prius in infimis male secura torpebat. Sed istius uisitationis occultae quibus modis se nobis insinuet terror ignoratur. neque ipsius mentis acie comprehenditur. cuius ad meliora intentio commutatur. Unde apte subiungitur. Et non inuestigabitur cum audita fuerit uox eius. Vox domini auditur cum gratiae eius aspiratio mente concipitur. cum insensibilitas occultae surditatis rumpitur. et cor ad studium summi amoris exercitatum uirtutis intimae clamoribus penetratur.

Sed istam uocem superuenientis spiritus quae se in aurem cordis insinuat. nec ipsa mens quae per hanc illustrata fuerit inuestigat. Pensare enim non ualet inuisibilis uirtus quibus sibi meatibus influat. quibus ad se modis ueniat. quibus recedat. Unde bene per iohannem dicitur. Spiritus ubi uult spirat. et uocem eius audis. sed nescis unde ueniat et quo uadat.

Vocem enim spiritus audire est. ui compunctionis intimae in amorem inuisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit unde ueniat. quia ignoratur per ora predicantium quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo uadat. quia cum unam predicationem multi audiunt. intelligi procul dubio non potest quem deserens abiciat. et cuius ingrediens cor requiescat.

Una quippe foris res agitur. sed non per hanc uno modo intuentium corda penetrantur. quia inuisibiliter uisibilia modificat. in humanis cordibus causarum semina incomprehensibiliter plantat. Hinc est quod resuscitato lazaro multi crediderunt. sed tamen iudeorum plurimi ad persecutionis zelum ex hac ipsa resuscitatione commoti sunt. Unum ergo idemque miraculum quod aliis lumen fidei prebuit. alios per inuidiae tenebras a lumine mentis excecauit. Hinc est quod uterque latro et eandem et suis mortibus similem mortem redemptoris uidit. sed eam superbiendo alter contumeliis lacessere non timuit. quam timendo alter honorauit. atque in una re una utriusque cogitatio non fuit. quia hanc interni arbiter inuisibiliter modificando distinxit. Sed hi occultae aspirationis modi. quia comprehendi nostra cogitatione nequeunt. nimirum diuinae uocis uestigia nesciuntur. Bene ergo dicitur. et non inuestigabitur cum audita fuerit uox eius. Unde et adhuc apte subiungitur.

Tonabit deus uoce sua mirabiliter. Voce sua deus mirabiliter tonat. quia occulta ui corda nostra incomprehensibiliter penetrat. Quae dum latentibus motibus premit in timore et format in amore. quanto ardore sequendus sit. aliquando silenter clamat. Fit quaedam impulsionis immensitas in mente. cum nil sonat in uoce. Quae tanto apud nos ualentius perstrepit. quanto et ab omni exteriori strepitu

tumult⁹ pmit. S; prudent sicomoꝝ as
cendim⁹. si puide eam que diuinitus
pcipit stulticia tenem. Quid enī inhoc
mundo stultius quā amissa n̄ querere.
possessa rapientib; relaxare. nullā p
acceptis iniuriis iniuriā reddere. immo
adiunctis aliis pacientiā pbere. Qua
si enī sicomoꝝ nos ascendere dns pcipit.
cū dic. Qui aufert que tua st ne repe
tas. Et rursū. Siqs te pcusserit index
terā maxillā. pbe illi & alterā. Per sico
moꝝ transiens dns cernit. q p hanc sapi
entē stulticiā. & si necdū ut ē solide.
iā tam p contēplationis lum̄. dei sapi
entia quasi intransitu uidet. Quā iuxta
heliu uerba uidere nequeunt qui sibi
sapientes uident. q ad cōspiciendū do
minū inelata cogitationū suarū tur
ba dephensi. adhuc sicomori arborē
n̄ inuenerunt.

Expl. xxvii. Incipit liber xxviii.

xxviii



OST dampna
rerū. post
funera pigno
rū. post uulnera
corporis. post uer
ba male suadentis uxoris. post
cōtumeliosa dicta
consolantiū. post sus
cepta fortit iacula
tot doloꝝ. de tanta
uirtute constantię lau
dand⁹ a iudice beatus
iob fuerat. s; si iā de psen
ti scło essę euocandus.
AT postquā hic adhuc
duplicia recepturus est.
postquā saluti pristinę
restituit. ut reb; redditis
diutius uitat. ne p elationis
gladiū ipsa illū sua uicto
ria sternat. debę omnips ds
increpare p districtā iusticiā
quē seruat ad uitā. Quid enī
peius plerumq; animā. quā con
scia uirt interficit. Que illā dū

cōsiderationе sua inflat. a plenitudine ueri
tatis euacuat. & dū se ad pcipienda pmia
sufficere suggerit. eā a meliorationis in
tentione distendit. Iust⁹ igr iob ante flagel
la extitit. s; iustior p flagella pmansit.
& laudatus ante a dei uoce. postmodū
creuit ex uerbere. Profecto uelut tuba
ductilis ex pcussione pducta. inlaudē
dei tanto eleuatus ē. quanto maiore ē
castigatione pcussus. S; humiliand⁹ erat
iste. qui pstratus ulcerib; sic uirtutib;
stabat. Humiliand⁹ erat. ne tā robustis
simū pect elationis tela confoderent.
qd cōstabat certe q & illata uulnera
non uicissent. Requirend⁹ nimirū fuit
homo. cui⁹ debuissę cōparatione superari.
S; quid qd de eo uoce dnī dr. uidisti ser
uum meū iob qd n̄ sit ei similis uir sup
terram. Cui⁹ igr cōparatione poterat
uinci. de quo deo attestante dr. q nul
lius hominis compatione possit equari.
Quid itaq; agendū est nisi ut explona
sua ipse dns suas illi uirtutes narret.
& dicat ei. Nūquid pducis luciferū in
tēpore suo. & uesperū sup filios terrę
cōsurgere facis. Et iterū. Nūquid aptę
sunt tibi portę mortis. & hostia tene
brosa uidisti. uł certe nūquid post
ortū tuū pcepisti diluculo. & ostendi
sti aurorę locū suū. Quis u ista nisi
dns potest. Et tam interrogat homo.
ut cognoscat q ista n̄ potest. quatin⁹
uir qui tam immensis uirtutib; creuit.
& nulli⁹ hominis exēplo uincit. ne ex
tolli debeat dei cōparatione superetur.
S; oquā potenter erigitur. qui tā subli
miter humiliat. O quanta ē hominis
uictoria. ex dei cōparatione pdidisse.
O quanto hominib; maior ē. qui testimo
nio conuincit deo minor. Multū quippe
potens ē. qui tali interrogatione ostendi
tur q potens n̄ est. Sed q ad obscura
nimis disserenda ducimur. ad eidē text⁹
iam uerba ueniamus. Respondens autē
dns iob de turbine dixit. Notandū
uideo. q si sano atq; incolomi loqueret.
ex tranquillitate dnica locutio facta
diceret. Sed q flagellato loquitur.
de turbine locut⁹ fuisse describit. Alit
enī dns seruis suis loquit. cum eos intrin
secus p cōpunctionē puehit. alit cū
p districtionē ne extollant pmit.
Per blandā enī locutionē dnī. aman
da dulcedo ei⁹ ostendit. p terribilē
uero potestas ei⁹ metuenda monstrat.
In illa psuadet anime ut pficiat. in ista
reprimitur que pficit. In illa discit
qd appetat. in ista quod metuat. Per
illā dicit gaude & letare filia sion.
q ecce ego uenio & habitabo inmedio

dera portauerit. Ne beatus iob in superbia de uirtutum suarum potentia subleuetur, in ipsa diuini prima parte sermonis de sanctorum predicatorum commemoratione discutitur, ut quanto illos admirabiles uenire conspiceret, tanto in eorum comparatione de se uilius estimaret. Quod idcirco a domino iam quasi preteritum describitur, quia quicquid foras futurum est in opere, intus iam factum est in predestinatione. Dicitur itaque ei. Ubi eras quando ponebam fundamenta terre? Ac si aperte diceretur. Uirtutem fortium considera, meque eorum ante secula auctorem pensa. Et cum eos quos in tempore condendi mirabiles suspicis, perpende quantum mihi subdi debeas, quem auctorem mirabilium sine tempore esse cognoscis. Sequitur. Indica mihi si habes intelligentiam quis posuit mensuras eius si nosti, uel quis tetendit super eam lineam. Mensurarum linee in terrarum particione tenduntur, ut dimensionis equitas ex ipsa linearum tensione teneatur. Incarnatus autem dominus ad ecclesiam ueniens mensuras terre lineis mensus est, qui fines ecclesie occulti iudicii subtilitate distinxit. Huius terre occulte mensure uel linee tendebantur, quando predicatores sancti agente spiritu in aliis partibus mundi uocabantur ut irent, ab aliis uero partes arcebantur ne accederent. Paulus namque apostolus cum machedoniam predicare negligeret, per uisum illi apparuit uir machedo qui diceret. Transiens in machedoniam adiuua nos. At contra sic scriptum est. Temptabant apostoli ire in asiam, et non permisit eos spiritus ihesu. Dum ergo predicatores sancti et uocantur ad machedoniam, et ab asia prohibentur, ista occultarum mensurarum linea illic ducta est, hinc reducta. Illic tenditur ut machedonia intra sancte ecclesie spatia colligatur, hinc attrahitur ut extra fines fidei asia relinquatur. Erant quippe tunc in ea qui colligendi non erant, quibus iuxta meritum suum perditis, iam nunc asia intra mensuras ecclesie deo largiente suscepta est. Inter has ergo mensuras sunt omnes electi, extra has omnes reprobi etiam si intra fidei limitem esse uideantur. Unde et in apocalypsi scriptum est. Atrium quod foris templum est, eice foras ne metiaris eum. Quid enim atrium aliud, quam latitudinem significat uite presentis? Et recte foris templum sunt qui patrium designant, atque ideo metiendi non sunt, quia angusta porta est que ducit ad uitam. Et latitudo uite prauorum non admittitur ad mensuras et regulas electorum. Iste spiritales linee occulto iudicio tendebantur, quando cuidam dicenti. Magister sequar te quocumque ieris, eiusdem magistri uoce responsum est. Uulpes foueas habent et uolucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Iste mensure et linee tendebantur, cum cuidam dicenti. Domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum, eiusdem magistri uoce responsum est. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade annuntia regnum dei. Ecce alius secuturum se promittit et repellitur, alius relaxandum se postulat et retinetur. Unde hoc, nisi quod super occulta cordis spatia supernorum iudiciorum linee tendebantur, ut et hunc intus incomprehensibiles mensure constringerent, et ille foras non iniuste remaneret? Sed cum nullus nesciat quia deus has occultorum iudiciorum lineas tendat, cur ad iob dicitur: indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius si nosti, uel quis tetendit super eam lineam? An idcirco requiritur, ut quod nosse sed tamen pretermittere poterat moreretur, quatinus pondus se erectorum dei sollicitius penset, dispositione uidelicet hominis non in humanis uiribus, sed in manu consistere conditoris, ut dum considerat inuisibiliter ista quis agat, sue uirtuti nichil tribuat, nec iam de se aliquid audeat, cum dei iudicia occulta formidat, sed perpendens desuper mensuras et lineas incomprehensibiliter tensas, sit tanto magis pendere uidet omnia in potestate mensoris. Sequitur.

Super quo bases illius solidate sunt? Quid aliud huius terre bases, quam sancte ecclesie predicatores accipimus? In basibus quippe columpne, in columpnis autem totius fabrice pondus erigitur. Non ergo inmerito doctores sancti basium nomine designantur, quia dum recta predicant, et predicationi sue uiuendo concordant, omne pondus ecclesie fixa morum suorum grauitate sustentant. Asperas ab infidelibus temptationes ferunt, et queque in preceptis dei uelut difficilia a fidelibus formidantur, exemplis operum facilia ostendunt. Unde et bene cum in typo ecclesie tabernaculum figeretur, ad moysen dicitur. Facies columpnas quatuor, et bases earum uestitas argento. In argento enim quid aliud quam claritas diuini sermonis accipitur? Sicut scriptum est. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum terre. Bases ergo argento uestite quatuor columpnas tabernaculi sustinent, quia dum predicatores ecclesie diuino eloquio decorati in cunctis se exemplum prebent, quatuor euuangelistarum dicta et ore et operibus portant. Possunt per bases etiam prophete signari, qui dum primi aperte de dominica incarnatione locuti sunt, quasi quasdam bases eos conspicimus a fundamento surgere, et superposite fabrice pondera sustinere. Unde ad moysen rursum ~~ad moysen~~ dominus cum tabernaculi tabulas erigi precipit, fundi earum bases argenteas iubet. Quid enim per tabulas, nisi apostoli extensa in mundum predicatione dilatati? Quid per bases argenteas, nisi prophete signantur? Qui superimpositas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent, quia apostolorum uita dum eorum predicatione instruitur, eorum et auctoritate solidatur. Unde et coniuncte bine bases singulis tabulis supponuntur, quia dum prophete sancti in uerbis suis de mediatoris incarnatione concordant, subsequentes predicatores ecclesie indubitanter edificant, ut cum a semetipsis non discrepant, illos in se robustius figant. Hec inmerito bases quibus prophete signantur, ut ex argento debeant fundi precipitur. Argenti quippe claritas ex usu seruatur, sine usu autem in nigredinem uertitur. Prophetarum quoque dicta ante mediatoris aduentum quia in usum spiritalis intelligentie non erant, dum conspici pre obscuritate non poterant, quasi nigra remanebant. At postquam mediator ueniens ea ante oculos nostros incarnationis sue manu tersit, quicquid in eis lucis latebat inclaruit, sensusque patrum precedentium in usum dedit, quia uerba rebus exposuit. Siue itaque prophetas seu doctores extremis temporibus subsequentes basium appellatione significet, dicat. Super quo bases illius solidate sunt, subaudis nisi super me, qui cuncta mirabiliter teneo, et bonis exterioribus intus principaliter presto? Qui enim sibi quod bonum est tribuit, solida basis non est, quia dum fundamento non innititur, ipso suo pondere in ima precipitatur. Sed cum tam multa de sancte ecclesie constructione referantur, audire mens appetit, inimice nationes qua uirtute coniuncte sint, id est diuersa huius domus edificia qua sibi arte concordent. Sequitur. Aut quis dimisit lapidem angularem eius? Iam per diuinam gratiam omnibus liquet, quem scriptura sacra angularem lapidem uocet. Illum profecto, qui dum hinc iudaicum, illinc gentilem populum susci

mens amittat, conceptae immunditiae ea quae famulari poterant membra castigat, ne usque ad corruptionem exaltet corporis fetor. Cordis avaritia stimulat, sed ne caelesti regno mens careat, intra claustra se parsimoniae contenta pp̄s ligat, ne in pravo se opere dilatet, et usque ad exteriores actus intimae concupiscentiae aestus exsudet. Superbia inflat, sed ne veram celsitudinem amittat, considerando quisque quia pulvis est, ab altitudine se conceptae elationis humiliat, certans nimirum ne quod in suggestione cogitationis tolerat, in exercitatione operis erumpat. Bene ergo dicitur: **Posui vectem et ostia, et dixi: Huc usque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos.** Quia dum electus quisque et temptatur vitiis et tamen facere male suggesta renititur, quasi mare clausum tenetur. Quod et si intus tumultuosis cogitationum fluctibus mentem perstrepit, statuta tamen bene vivendi littora non excedit. Quod mare quidem in tumore se erigit, sed dum fixae deliberationi cordis illiditur, fractum redit. Beatus igitur Iob ne sibi tribuat quod contra procellas cordis fortiter stat, voce divina audiat: **Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens?** Et cetera. Ac si ei aperte diceretur: Incassum te exterius in bonis operibus pensas, si non me intus qui in te temptationis undas compesco consideras. Ut enim tu fluctus ferre possis, in opere meae virtutis est, qui fluctus frango temptationis in corde.

Explicit liber XXVIII. Incipit liber XXVIIII.

Dominus Deus noster Iesus Christus in eo quod virtus et sapientia Dei est, de patre ante tempora natus est, vel potius quia nec coepit nasci nec desinit, dicamus verius semper natus. Non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At vero ut aeternus designari valeat et perfectus, et semper dicamus et natus, quatinus et natus ad perfectionem pertineat et semper ad aeternitatem, ut quocumque modo illa essentia sine tempore temporali valeat designari sermone. Quamvis hoc ipsum quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus, quia quod factum non est, non potest dici perfectum; et tamen infirmitatis nostrae verbis Dominus condescendens ait: Estote perfecti sicut et pater vester caelestis perfectus est. In illa itaque nativitate divina ab humano genere cognosci non poterat, proinde in humanitate venit ut videretur. Videri voluit, ut imitaretur. Quae carnis nativitas despecta visa est sapientibus mundi. Contempserunt namque infirma humanitatis eius, Deo haec indigna iudicantes; cui tanto magis homo debitor fuit, quanto pro illo Deus etiam indigna suscepit. Quia enim non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Ac si diceret: Cum Deum qui est sapientia nequaquam per sapientiam suam mundus inveniret, placuit ut Deum hominem factum per humanitatis stulta ~~descenderet~~ cognosceret, quatinus eius sapientia ad nostra stulta descenderet, et lucem supernae prudentiae luto suo carnis illuminata nostra caecitas videret. Natus igitur ex patre sine tempore, ex matre nasci dignatus est in tempore, ut per hoc quod ortum suum inter initium finemque concluderet, humanae mentis oculis ortum qui nec initio sumitur nec fine angustatur aperiret. Unde bene nunc ad beatum Iob dicitur: **Numquid post ortum tuum praecepisti diluculo, et ostendisti aurorae locum suum?** Subaudis: ut ego. Ortus quippe divinitatis eius ante et post non habet, cum dum semper esse est per aeternitatem, dum omne quod labitur circumscribit, intra semetipsum temporum discursus claudit. Ortus vero humanitatis eius quia et coepit et desinit, et ante et post habere a tempore accepit. Sed quia dum ipse umbras nostrae temporalitatis accepit, lumen nobis suae aeternitatis infudit, recte per hunc ortum quem creator sibi in tempore condidit, locum suum sine tempore aurora cognovit. Quia enim diluculum ut aurora a tenebris in lucem vertitur, non immerito diluculi ut aurorae nomine omnis electorum ecclesia designatur. Ipsa namque dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei ducitur, velut aurorae more in diem post tenebras splendore supernae claritatis aperitur. Unde et bene in canticis canticorum dicitur: Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens? Sancta enim ecclesia caelestis vitae praemia appetens aurora vocata est, quia dum peccatorum tenebras deserit, iustitiae luce fulgescit. Habemus tamen subtilius aliquid quod considerata qualitate diluculi ut aurorae pensemus. Aurora namque ut diluculum noctem quidem praeterisse nuntiant, nec tamen diei claritatem integram ostendant. Sed dum illam pellunt, hanc suscipiunt, lucem tenebris permixtam tenent. Quid itaque in hac vita omnes qui veritatem sequimur, nisi aurora ut diluculum sumus? Quia et quaedam iam quae lucis sunt agimus, et tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquiis non caremus. Per prophetam quippe Deo dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Rursumque scriptum est: In multis offendimus omnes. Paulus quoque ait: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis. Ubi ergo lex peccati cum lege mentis contendit, profecto adhuc aurora est, quia lux quae iam emicuit, nec dum praetereuntes tenebras funditus pressit. Adhuc aurora est, quia dum lex carnis legem mentis et lex mentis legem carnis percutit, inter se invicem lux et umbra confligit. Unde rursum Paulus cum diceret: Nox praecessit, nequaquam subdidit: Dies venit, sed: Dies autem appropinquavit. Qui enim post discessum noctis non iam venisse, sed appropinquasse diem insinuat, esse se procul dubio ante solem post tenebras adhuc in aurora demonstrat. Tunc autem plene sancta electorum ecclesia dies erit, cum ei admixta peccati umbra iam non erit. Tunc plene dies erit, quando interni luminis perfecto fervore claruerit. Tunc plene dies erit, quando nullam malorum suorum temptantem memoriam tolerans, omnes a se tenebrarum etiam reliquias abscondit. Unde et bene haec aurora quasi adhuc in transitu demonstratur, cum dicitur: **Et ostendisti aurorae locum suum.** Cui enim locus suus ostenditur, profecto ex alio ad aliud vocatur. Quid enim est locus aurorae, nisi perfecta claritas visionis internae? Ad quem cum perducta venerit, iam de transactae noctis tenebris nihil habebit. Nunc autem adhuc temptationum molestias sustinens, quia per intentionem cordis ad aliud festinat ecclesia, ad locum suum tendit aurora. Quae locum si mente non cerneret, in huius vitae nocte remaneret. Sed dum cotidie contendit perfici, et in luce cotidie augeri, locum suum iam conspicit, et plene sibi clarescere solem quaerit. Locum suum aurora considerat, quando sancta anima ad contemplandam conditoris sui speciem flagrat. Ad locum suum aurora pertingere satagebat, cum David diceret: Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam et parebo ante

elem contra isrl dicitur. Linguam tuam
adherescere faciam palato tuo. et eris mut'.
nec quasi uir obiurgans. quia domus ex
asperans est. Aliquando autem predicato
ris sermo propter utrosque datur. aliquando
propter utrosque subtrahitur. Propter utrosque
enim datur. sicut diuina uoce paulo apud
corinthios dixit. Noli timere. sed loquere.
Et paulopost. Quia populus multus est m.
in ciuitate hac. Propter utrosque u subtrahi
tur. sicut hely sacerdos. ut prauam filiorum
cognouit actionem. et digna increpatione
non exercuit uocem. cum perfuturu esset.
ut immortali supplicio. et istos reatus flagi
tii. et illum silentii pena multaret. Inter
hec igitur cum uel pro quo sermo detur. uel
propter quem subtrahatur ignoramus. unum
est salubre remedium. nec de his que aliis
maius accipimus. nosmetipsos extollere. nec
de eo alterum quod minus accepit irridere.
sed fixo humilitatis pede grauiter et constanter
incedere. quia in hac uita tanto ueracius doc
ti sumus. quanto doctrinam nobis a nobis
metipsis suppetere non posse cognoscimus.
Cur ergo quilibet de doctrina superbiat. q
occulto iudicio. et uel cui quando detur. uel
quando cui subtrahatur ignorat. Quam
uis enim securitati timor longe uideatur
abesse. nobis tamen nichil est securius. quam
sub spe semper timere. ne incauta mens aut
desperando se in sius deiciat. aut extollendo
de donis ruat. Ante districti enim ac pii
iudicis oculos. quanto de se sub spe hu
milius trepidat. tanto in illum robustius
stat. Explicit xxx. Incipit xxxi.

N paradisum
sancto homini
diabolus in
uidens sup
bie uulnus
inflixit. ut
qui mortem
non acceperat
conditus. me
reretur elatus.
Sed quia di
uine poten
tie suppetit
non solum bona facere. de nichilo. sed ea etiam
ex malis que diabolus perpetrauerat. re
formare. contra hoc inflictum uulnus sup
bientis diaboli. medicina apparuit inter
homines humilitas dei. ut exactoris ex
emplo humiliati surgerent. qui imitaci
one hostis elati ceciderunt. Contra ergo
superbientem diabolum. apparuit inter
homines. homo factus deus humilis. Hunc
potentes huius seculi. id est menbra diabo
li superbientis. eo despicabilem crediderunt.
quo humilem conspexerunt. Uulnus enim

cordis eorum quanto magis tumuit. tanto am
plius medicamentum uite despexit. Repul
sa igitur a uulnere superborum medicina nostra. per
uenit ad uulnus humilium. Infirma quippe
mundi elegit deus. ut confundat fortia. dic
tumque est cum pauperibus. quod post etiam
diuites elati mirarentur. Nam dum nouas
in illis uirtutes conspiciunt. eorum quorum pri
contempsere uitam. postmodum obstupue
re miracula. Unde mox pauidi ad sua corda
redeuntes extimuerunt seueritatem in miracu
lis. quam despexerunt in preceptis. Per infir
ma ergo confusa sunt fortia. quia dum in ue
neratione uita surgit humilium. elatio occi
dit superborum. Igitur quia beatus iob. sancte ecclesie
typum tenet. et omnipotens dominus preuidet quod
in primordiis nascentis ecclesie potentes huius se
culi leue eius iugum suscipere crassa ceruice
cordis recusarent. dicat. Numquid uolet rino
ceros seruire tibi. Rinoceros enim indomi
te omnino nature est. ita ut si quando captus
fuerit. teneri nullatenus possit. Inpatiens
quippe ut fertur ilico moritur. Cuius uero no
men latina lingua interpretatum sonat. in
nare cornu. Et quid aliud innare nisi fatui
tas. quid in cornu nisi elatio designatur. Nam
quia innare fatuitas solet intelligi. salomo
ne attestante didicimus. qui ait. Circulus
aureus in naribus suis. mulier pulcra et
fatua. Hereticam namque doctrinam in nitore
re uidit eloquii resplendere. nec tamen
sapientie apto intellectui congruere et
ait. Circulus aureus in naribus suis. id est
pulcra circumflexa locutio in sensibus mentis
stulte. Cui ex eloquio aurum pendet. sed tamen
extrene intentionis pondere more suis ad
superiora non respicit. Quod secutus exposu
it dicens. Mulier pulchra et fatua. id est
doctrina heretica pulchra per uerbum. fatua
per intellectum. In cornu uero quia superbia
frequenter accipitur. propheta attestante di
dicimus qui ait. Dixi iniquis nolite inique
agere. et delinquentibus nolite exaltare cor
nu. Qui ergo in rinocerote hoc. nisi po
tentes huius seculi designantur. uel ipse
in eo summe principatuum potestates.
qui typo fatue iactacionis elati. dum fal
sis exterius inflantur honoribus. ueris
miseriis intus inanescunt. Quibus bene
dicitur. Quid superbit terra et cinis. In ipsis
uero initiis nascentis ecclesie dum contra illam
diuitum se potestas extolleret. atque in ei
nece inmensitate tante crudelitatis anhe
laret. dum tot cruciatibus afflicta. tot per
secutionibus pressa succumberet. quis te
credere potuit. quod illa erecta et aspera sup
borum sibi colla subiceret. et iugo sancti timoris
edomita mitibus fidei loris ligaret. Uni
quippe in exordiis suis rinocerotis hui
cornu uentilata. et quasi funditus in

est mundus. Quid in bestia nisi antiquus hostis
exprimitur. qui huius mundi rapinis insidi
ans humana cotidie morte satiatur. De qua per
prophetam pollicente domino dicitur. Et mala bestia non
transibit per eam. Strucio itaque oua sua derelinquens
obliuiscitur. quod pes conculcet ea. quia uideli
cet ypocrite eos quos in conuersatione gene
rant derelinquunt. et omnino non curant.
ne aut exhortacionis sollicitudine. aut dis
cipline custodia destitutos. prauorum operum
exempla peruertant. Si enim oua que gignunt
diligerent. nimirum metuerent. ne quis ea
peruersa opera demonstrando calcaret. hunc
paulus pedem infirmis discipulis quasi o
uis que posuerat metuebat. cum diceret. Mul
ti ambulant quos sepe dicebam uobis. nunc
autem et flens dico inimici crucis christi. Et
rursum. Uidete canes. uidete malos operarios.
Et rursum. Denuntiamus uobis fratres in no
mine domini nostri ihesu christi ut subtrahatis uos
ab omni fratre ambulante inordinate. et non
secundum tradicionem quam acceperunt a no
bis. hunc iohannes pedem gaio formidabat.
qui cum multa diotrepis mala premisisset
adiunxit. karissime. noli imitari malum. sed quod
bonum est. hunc ipse synagoge dux infir
mo suo gregi. metuebat dicens. Quando
ingressi fueritis terram quam dominus deus dabit
tibi caue ne imitari uelis abhominationes
illarum gentium. Nunc obliuiscitur quod
bestia agri conterat. quia nimirum si diabo
lus in hoc mundo seuiens editos in bona con
uersatione filios rapiat. ypocrita omnino non
curat. hanc autem agri bestiam paulus oui
que posuerat formidabat. dicens. Timeo ne
sicut serpens euam seduxit. astucia sua.
ita corrumpantur sensus uestri a castitate que
est in christo ihesu. hanc agri bestiam discipulis
metuebat petrus cum diceret. Aduersarius
uester diabolus quasi leo rugiens circuit que
rens quem deuoret. cui resistite fortes in
fide. habent ergo ueraces magistri. super dis
cipulos suos timoris uiscera ex uirtute cari
tatis. ypocrite autem tanto minus commis
sis sibi metuunt. quanto nec sibimet ipsis
quod timere debeant deprehendunt. Erga
obduratis cordibus uiuunt. ipsos etiam quos
generant filios nulla pietate debiti amoris
agnoscunt. Unde adhuc sub strucionis spe
cie subditur. Duratur ad filios quasi non
sint sui. Quem enim caritatis gratia non
infundit. proximum suum etiam si ipse huic
deo genuit extraneum respicit. Ut profecto
sunt omnes ypocrite. quorum uidelicet men
tes dum mentes semper exteriora appetunt.
intus insensibiles fiunt. Et in cunctis que
agunt dum sua semper expetunt. erga af
fectum proximi nulla caritatis conpassio
ne mollescunt. O quam mollia uiscera ges
tabat paulus. quando circa filios suos

tanto estu amoris. inhiabat dicens. Nunc ui
uimus si uos statis in domino. Et testis michi
est deus. quomodo cupiam uos omnes in uisceribus
christi ihesu. Romanis quoque ait. Testis michi est
deus. cui seruio in spiritu meo in euangelio filii
eius. quod sine intermissione memoriam uestri
facio semper in orationibus meis. obsecrans si
quomodo tandem aliquando prosperum iter
habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos.
Desidero enim uidere uos. Timotheo quoque
ait. Gratias ago deo meo cui seruio a progenito
ribus in conscientia pura. quam sine inter
missione habeam tui memoriam in orationi
bus meis nocte ac die desiderans te uidere.
Thessalonicensibus quoque amorem suum indicans
dicit. Nos autem fratres desolati a uobis ad tem
pus hore. aspectu non corde. habundantius
festinamus faciem uestram uidere cum magno
desiderio. Qui duris persecutionibus pressus.
et tamen de filiorum salute sollicitus. adiunxit.
Misimus timotheum fratrem nostrum et ministrum
dei in euangelio christi ad confirmandos uos
et exhortandos pro fide uestra. ut nemo moueatur
in tribulationibus istis. ipsi enim scitis quod
in hoc positi sumus. Ephesiis quoque ait. Peto
ne deficiatis in tribulationibus meis pro
uobis. que est gloria uestra. Ecce in tribulatione
positus alios exhortatur. et in hoc quod
ipse sustinet. alios roborat. Non enim filiorum
suorum fuerat morte strucionis oblitus. sed
metuebat nimis ne eius discipuli in predi
catore suo tot persecutionum probra cernen
tes fidem in eo despicerent. contra quam in
numere passionum contumelie preuale
rent. Et iccirco minus dolebat in tormen
tis. sed magis filiis de tormentorum suorum temp
tatione metuebat. Paruipendebat ipse pla
gas corporis. dum formidaret in filiis pla
gas cordis. Ipse patiendo suscipiebat uulne
ra tormentorum. sed filios consolando. curabat
uulnera cordium. Pensemus ergo cuius ca
ritatis fuerit. inter dolores proprios aliis
timuisse. pensemus cuius caritatis sit filiorum
salutem inter sua detrimenta requirere.
et statum mentis in proximis. etiam ex sua
deiectione custodire. Sed hec ypocrite cari
tatis uiscera nesciunt. quia eorum mens quan
to per mundi concupiscentiam in exteriora re
soluitur. tanto per in affectionem suam inte
rius obduratur. Et torpore insensibili fri
gescit intrinsecus. quia amore dampna
bili mollescit foris. Seque ipsam considera
re non ualet. quia cogitare se minime stu
det. Cogitare uero se non potest. quia tota
apud semetipsam non est. Tota uero apud se
metipsam esse non sufficit. quia per quot
concupiscentias rapitur. per tot a semet
ipsa species dissipatur. Et sparsa in infimis
iacet. que collecta si uellet ad summa con
surgeret. Unde raptorum mens quia per custodia

pe mitit. supbie timore pmit. hinc e qd uo
cedi ad helyam solu se estimante dr. Reliqui
septe milia uiroz q n curuauerunt genua
ante baal. Ut dum n solum se remansisse
cognosceret. elationis gtam que ei de singu
laritate surgere poterat. euitare posset.
Beatus itaq iob puerse egisse n reprehen
ditur. sed de alioz etiam benegestis docet.
ut dum se equales 7 alios habere conside
rat. ei qui singulariter summ est se hu
militer subdat. Explicit xxv. i.
In ci pit xxv. ii.



Sancti
uiri q
apud dm
altius uir
tutum
dignitate
proficiunt.
eo subti
lius in
dignos
se esse
deprehen
dunt.
quia du
pxim
luci fiunt. quicquid eos inseipsis latebat
inueniunt. Et tantomagis foras sibi deforme
apparent. quanto nimis pulcru est qd in
tus uident. Unusquisq enim du tactu ueri
luminis illustrat. ostendit. Et unde agnoscit
qd est iusticia. inde erudit ut uideat qd
est culpa. Hinc est qd sepe mens nra. qm
uis frigida in conuersatione humane ac
tionis torpescat. qmuis inquibda delinqt
7 nesciat. qmuis peccata queda quasi nul
la ppendat. cu tam ad appetenda sublimia
orationis compunctione se erigit. ipso sue
oculo compunctionis excitata. adcircuspici
enda se post fletu uigilantior reddit. Nam
cu neglectam se deserit. 7 noxio torpore
torpescit. uel ociosa uerba. uel inutiles co
gitaciones minoris esse omin reat cre
dit. Ac si igne compunctionis incalescens
a torpore suo tacta subito afflatu contem
plationis euigilet. illa que leuia paulo
ante credidit. mox ut grauia ac mortife
ra phorrescit. Cuncta enim uel inmini
mis noxia. quasi nocissima refugit. qa
uidelicet pconceptione sps grauida. in
troire adse iam inania nulla pmittit.
Ex eo enim qd int conspicit. quam sint
horrenda hec que extius pstrepunt sen
tit. Et quanto ampli subleuata pfecerit.
tantomagis refugit infirma inquibus p
strata deficit. Nichil qppe ia nisi qd inte
ri uidat pascit. atq eo graui tolerat.
quicqd se ei extrinsec ingerit. q illud n
est qd intrinsecus uidit. Sed ex his interio
rib que raptim uide potuit. ad extiora
que tolerat. iudicandi reglam sumit.
Sup se eni rapit. du sublimia contempla
tur. Et semetipsam iam liberius conspiciens.
quicqd ei ex se ipsa sub se ipsa remanet.
subtilius comphendit. Ex q re miro m
agit. ut sicut supius dictum est unde
dignior efficit. inde sibimet indigna
uideat. 7 tunc rectitudini longe se ee
sentiat cum appropinquat. Unde salomon
ait. Cuncta temptaui insapientia dixi
sapiens efficiar. et ipsa longius recessit
ame. Quesita enim sapientia longe re
cede dr. quia appropinquanti altior ui
detur. Qui u hanc nequaqm querunt.
tanto se ei ppinquos estimant. quanto
et ei rectitudinis regula ignorant. quia
siti intenebris mirari lucis claritatem
nesciunt. qm numqm uiderunt. Cumq
informa ei pulcritudinis non tendunt.
insemetipsis libent cotidie deformiores
fiunt. Nam quisqs eius radijs tangitur.
sua illi manifestius tortitudo monstrat.
Et eo ueri inuenit. quantu flectat inui
tio. q sagatius summa considerans conspi
cit. quantu distat arecto. Unde beatus
iob humanu genus uirtutib transiens
amicos loquendo supauit. s; loquente
deo sublimi erudit semet ipsu cognos
cendo reticuit. Illos namq iniuste lo
quentes subdidit. sed ad uerba locuti
onis intime reum se iuste cognouit. Et
quide cur flagellat sit nescit. s; tam cur
flagella ueneriat n sit silendo redargu
it. Diuina eni iudicia cu nesciunt. n
audaci sermone discutienda sunt. sed
formidoloso silentio ueneranda. quia et
cum causas reru conditor in flagello n
apit. eos iustas indicat. quo se eas facere
qui summe iustus est demonstrat. Ut
g scs 7 prius de locutione & post de si
lentio reprehensus. quid desemet ipso sen
tiat innotescat. dic eni. Qui leuit locut
su. respondere quid possu. Ac si dicat. Ser
mone meu defenderem. si hunc cu ratio
nis pondere ptulissem. At postqm lingua
leuitate usa conuincit. quid restat nisi
ut conticendo refrenetur. Sqr. Manum
mea pona sup os meum. Usu sacri elo
quij inmanu opatio. in ore locutio so
let intelligi. Manu g sup os ponere e.
uirtute boni opis culpas tegere e. in
caute locutionis. Quis u inueniri potest
qui quamlibet pfectus sit. de otioso ta
men sermone non peccet. Iacobo attestan
te qui ait. Nolite plures magistri fieri.
Inmultis eni offendim omnes. Et rur
su. Lingua nullus hominu domare
potest. Cui culpas redarguens psemet ip
sam ueritas dicit. Dico aute uob qm

frondibus. quod illic signaculum similitudinis. quod
illic cherub. quod illic protegens dicitur. hoc hic uoce
dominica uehemoth iste uiarum dei principium uo
catur. Vel quod idcirco tam multa in quibus fuit. et que
amisit insinuat. ut tanto homini ostendat.
quid ipse si superbiat. de elationis sue culpa pas
surus sit. si feriendo illi parcere noluit. quem
creando in gloria tante claritatis eleuauit.
Consideret ergo homo quid elatus in terra mereatur.
et si prelatus angelis angelus in celo prosternitur. Un
de et bene per prophetam dicitur. Inebriatus est in celo
gladius meus. Ac si aperte diceret. Qua feriam in terra
superbos terre perpendite. si ipsos etiam quos in celo
in terra me condidi. per elationis uitio percutere non
peperci. Tot itaque antiqui hostis uirtutibus
auditis tanta conditionis eius magnitudi
ne cognita. quis non inmensa formidine corru
at. quis non desperationis percussione succumbat.
Sed quia elationem nostram ostensa hostis poten
tia repressit. etiam infirmitatem nostram dominus pa
tefacta gratia sue dispensationis fouet. Unde
cum eum principium uiarum suarum diceret. illico ad
iunxit. Qui fecit eum applicabit gladium
eius. Gladius quippe uehemoth istius. ipsa nocendi
malicia est. Sed ab eo a quo bonus per naturam
factus est. eius gladius applicatur. quia eius
malicia diuina dispensatione restringitur.
ne ferire tantum mentes hominum. quantum
appetit permittatur. Quia ergo hostis noster est et multum
potest et minus percutit. eius gladium pietas con
ditoris astringit. ut replicatus intra eius conscien
tiam lateat. et ultra quam desuper iuste disponi
tur. sese in mortes hominum. eius malicia non ex
tendat. Quod ergo ad multa fortiter preualet. hoc
de principio magne conditionis potest. Quod
uero a quibusdam uincitur. eius nimirum gladius ab
auctore replicatur. Iste namque uehemoth. quia
principium uiarum dei est. cum contra sanctum uirum
licentiam temptationis accepit. gentes mo
uit. greges abstulit. Ignem de celo deposuit.
perturbato aere uentos excitauit. domum con
cutiens subruit. conuiuantes filios extin
xit. uxoris mentem in dolo praue suasionis ex
citauit. mariti carnem inflictis uulneribus
confodit. Sed eius gladius a conditore repli
catur. cum dicitur. animam illius serua. Qui re
plicato gladio quante infirmitatis sit. euan
gelio attestante describitur. quia nec manere in
obsesso homine potuit. nec rursus inuadere
bruta animalia non iussus presumpsit dicens.
Si eicis nos mitte nos in gregem porcorum.
Malitie quippe eius gladius quam sit replica
tus ostenditur. cum si potestas summa licen
tiam non prebet. crassari nec in porcos ualet.
Quando ergo ille sua sponte nocere factis ad
dei imaginem hominibus audeat. de quo in
mirum constat. quod non iussus contingere nec
porcos presumat. Notandum quoque est quod dum uiarum
dei principium uehemoth dicitur. uesanum dog
ma arrii aperta ratione dissipatur. Facturam
quippe dei filium fatetur. et ecce uehemoth
in factura rerum primus creatus ostenditur. Super
est ergo ut arrius aut non factum filium predicet.
aut eum post uehemoth conditum stultus pu
tet. Quia uero omne quod applicatur in semet
ipso reducitur. recte applicatus uehemoth
gladius dicitur. In semetipsam namque se eius
malicia decoquit. cum ad uotum suum con
tra electorum uitam prohibita non exercet. Mul
tos autem exigentibus meritis ferire per
mittitur. ut cum dominum deserunt hosti damp
nato famulentur. Ab electis uero eo ualentius
uincitur. quo soli auctori omnium humilius
substernuntur. Quia ergo per hoc quod uiarum dei prin
cipium per hoc quod permittente deo ualde in
tolerabilis demonstratur. aperte cognosci
mus. cum quanto hoste pugnemus. Superest ut
unusquisque nostrum tanto se plenius auctori su
biciat. quanto contra se uerius uiolentas
aduersarii uires pensat. Quid namque nos
nisi puluis sumus. quid uero ille nisi unus
ex celestibus spiritibus. et quod adhuc maius
est summus. Quid ergo de propria uirtute audeat.
quando contra angelorum principem puluis
pugnat. Sed quia spirituum supernorum conditor
terrenum corpus assumpsit. recte iam superbi
entem angelum humilis puluis uincit. In
herendo quippe uere fortitudini uires
accipit. quas transfuga spiritus cum semetip
sum sequitur amisit. Et dignum est ut uincatur
puluere. qui forte se credidit deserto
conditore. ut superatus inueniatur. quia defe
cit elatus. Valde autem seuiens anhelat. quod
cum ipsum una crucient. homo ad summa
conscendat. Quod in illa celsitudine sub
uecta caro permanet. a qua tantus ipse spiritus
sine fine proiectus iacet. Sed loca mentium.
mutauit ordo meritorum. Sic sic superbia me
ruit deici. humilitas exaltari. quatinus
et celestis spiritus erigendo se tartarum tole
ret. et terra humilis sine termino super
celos regnet. Explicit XXXII.
Incipit XXXIII.



ntiquo hosti qui sub uehemoth nomine dominica uoce describitur. superbi quique tanto familiarius seruiunt. quanto huius uite successibus apud semet ipsos

iudicia sic signantur falce quia circumuallan
tia incidunt. ita exprimuntur circulo. quia
undique stringunt. In leuiathan itaque na
ribus a domino circulus ponitur. quia in
dicii eius potencia in insidiis suis ne
quantum uult preualeat coartatur. Dicatur
ergo. **Numquid pones circulum in naribus eius.**
sub audis ut ego. qui astutas eius insi
dias omnipotenti iudicio stringo. ne tantum
temptet quantum appetit. nec tantum ca
piat quantum ~~capiat~~. temptat. Sequitur. **Aut
armilla perforabis maxillam.** Ab intellectu
circuli armilla non discrepat. quia ip
sa quoque hoc ubi ponitur ambiendo constrin
git. Sed quia armilla latius tenditur. per ar
millam occulti eius iudicii erga nos protectio
impensior designatur. Armilla ergo dominus maxil
lam leuiathan perforat. quia ineffabili mi
sericordie sue potencia. sic malicie antiqui hos
tis obuiat. ut aliquando eos etiam quos
iam cepit amittat. Et quasi ab ore illius
cadunt. qui post perpetratas culpas ad innocen
tiam redeunt. Quis enim ore illius semel
raptus maxillam eius euaderet. si perforata
non esset. An non in ore petrum tenuit cum
negauit. cum in tantam se luxurie uoragine
mersit. Sed dum ad uitam utrumque per peniten
ciam reduxit. leuiathan iste eos aliquo modo
quasi per maxille sue foramen amisit. Per foramen
ergo maxille ab eius ore subtracti sunt. qui post per
petracionem tante nequitie penitendo redi
erunt. Quis autem hominum leuiathan isti
os euadat. ut illicita nulla committat.
Sed hinc cognoscimus quantum redemptori
humani generis debitores sumus. qui non solum
nos in ore leuiathan ire prohibuit. sed ab ore
etiam redire concessit. qui spem peccatori
non abstulit. quia maxillam eius ut euaden
di uiam tribueret perforauit. ut saltem post
morsum fugiat. qui incautus prius nequaquam
morderi metuebat. Ubique ergo nobis occur
rit diuina medicina. quia et dedit ho
mini precepta ne peccet. et tamen peccan
ti dedit remedia ne desperet. Unde ca
uendum summopere est. ne quis delectati
one peccati leuiathan isti ore rapiatur.
Et tamen si raptus fuerit. non desperet. quia
si peccatum perfecte lugeat. adhuc foramen
in maxilla eius inuenit. per quod euadat. Iam
dentibus teritur. sed adhuc si euadendi uia
queritur. in maxilla eius foramen inuenitur.
habet etiam captus qua exeat. qui preui
dere noluit ne caperetur. Quisquis ergo
nondum captus est maxillam eius fugiat. quis
quis uero iam captus est. in maxilla foramen
querat. Pius quippe ac iustus est conditor
noster. Sed nemo dicat. quia pius est uenali
ter pecco. et nemo qui peccauit dicat. quia
iustus est de peccati remissione despero.
Relaxat enim deus facinus quod defletur. sed
perpetrare quisque timeat. quod si digne de
flere possit ignorat. Ante culpam ergo iusti
ciam metuat. post culpam tamen de pietate pre
sumat. Neque ita iusticiam timeat. ut nul
la spei consolatione conualescat. neque
ita confidat. de misericordia. ut adhibere
uulneribus suis. digne penitencie negligat
medicinam. Sed quem presumit sibi pie parce
re. semper etiam cogitet districte iudicare.
Sub pietate itaque eius spes peccatoris gau
deat. sed sub districtione illius peniten
tis correptio contremiscat. Spes ergo presump
tionis nostre. habeat etiam morsum timoris. ut
ad corrigenda peccata iusticia iudican
tis terreat. quem ad fiduciam uenie gratia parentis
inuitat. Hinc enim per quendam sapientem
dicitur. Ne dixeris miserationis domini multe.
peccatorum meorum non memorabitur. Pietatem
namque eius protinus et iusticiam subdit dicens.
Misericordia enim et ira ab illo. Diuina itaque cle
mentia maxillam uehemoth illius perforans.
ubique generi humano et misericorditer et po
tenter occurrit. quia nec libero ammoni
tionem precauendi tacuit. nec capto reme
dium fugiendi subtraxit. Ad hoc quippe
in scriptura sacra uirorum talium. id est dauid
et petri peccata sunt indita. ut cautela
minorum sit ruina maiorum. Ad hoc uero utrorumque
illic et penitencia insinuatur et uenia. ut
spes pereuntium sit recuperatio perditorum. De sta
tu ergo suo dauid cadente nemo superbiat.
de lapsu etiam suo dauid surgente nemo
desperet. Ecce quam mirabiliter scriptura sacra
eodem uerbo superbos premit. quo uerbo hu
miles leuat. Unam namque rem retulit
gestam. et diuerso modo superbos quidem ad
humilitatis formidinem, humiles uero ad spei
fiduciam reuocauit. O inestimabile noui
generis medicamentum. quod uno eodemque ordine
positum. et premendo tumentia exsiccat. et
subleuando arentia infundit. De maiorum
nos lapsu terruit. sed de reparatione robo
rauit. Sic quippe semper sic nos diuine dis
pensationis misericordia reprimit. et ne adde
sperationem corruamus fulcit. Unde etiam per
moysen ammonet dicens. Non accipies
loco pignoris superiorem aut inferiorem molam.
Accipere namque aliquando rapere dicimus.
Unde et aues ille que rapiendis auibus sunt
auide. accipitres uocantur. Unde et paulus
apostolus dicit. Sustinetis enim si quis deuo
rat. si quis accipit. ac si diceret si quis ra
pit. Pignus uero debitoris. est confessio pecca
toris. A debitore enim pignus accipitur. cum
a peccatore iam peccati confessio tenetur.
Superior namque et inferior mola est. spes et
timor. Spes quippe ad alta subuehit. timor
autem cor inferius premit. Sed mola superior et in
ferior. ita sibi necessario iungitur. ut una
sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris

Aut non in more
dauid tenuit.

In p̄mo libro. Vir erat in t̄ra hus. usq;
sic faciebat. In ii. Quadā aūt die. usq;
sit nom̄ dni bened. In iii. Factū ē cū quadā
die. usq; uidebant eni dolore. In iiii. Pe
reat dies. usq; & seruus lib̄ a dn̄o suo. In
v. Q̄re data ē misero. usq; & paruulū occi
dit inuidia. huc usq; pars p̄ma. Incipit. ii.
In vi. Ego uidi stultū. usq; ecce hoc ut inuesti
gauim̄. In vii. Iterūā apendent. usq; 7 in
uentū uba p̄fertis. In viii. Sup pupillū irru
itis. usq; 7 tabnaculū ip̄iorū. In. ix. Uere scio
q̄d ita sit. usq; 7 sempitnus horror. In. x. Nūq̄d
q̄ multa loq̄t̄. usq; pata ad tēp̄ statutū. huc
usq; par. ii. Incipit. iii. In. xi. Habundant ta
bnacla. usq; nonne tu q̄ solus es. In. xii. Breues
dies hominis. usq; 7 uter̄ ei p̄pat. In. xiii. Au
diui freqūte. usq; [illegible] salte erit. In. xiiii.
Respondens aūt baldad. usq; qm̄ ultor ini
q̄tatū. In. xv. Idcirco cogitatioēs mee. usq;
repugnare ostensa. In. xvi. Nūq̄d do copari potest.
usq; dulcedo illi uimis. huc usq; pars. iii. Incip. iiii.
In. xvii. N̄ sit in recordatioē. usq; q̄s poterit
tonitruū magnitud. In. xviii. Addidit q̄; iob
assumens. usq; abscondita ē ab oclis. In. xviiii.
Uoluerescel q̄; latet. usq; & ... meus in manu.
In. xx. Q̄ me audiebant expectabant. usq; &
organū meū. In. xxi. Pepigi fed̄ cū oclis m.
usq; 7 post ei ferre n̄ potui. In. xxii. Si pu
taui aurū robur. usq; p̄ fruticto oriat̄ m.
huc usq; pars. iiii. Incip. v. In. xx. iii. Omiserūt
aūt tres uiri. usq; & uita ei mortiferis.
In. xx. iiii. Si fuerit p̄ eo angls loq̄ns. usq; q̄ dic
regi apostata. In. xxv. Q̄ n̄ accipit persona p̄n
cipu. usq; q̄ uocat duces ip̄ios. In. xxvi. Q̄a e
go locut̄ sū. usq; hanc cū cepisti loqui. In. xx
vii. Ecce deus excelsus. usq; om̄s q̄ sibi uident̄.
huc usq; pars. v. Incip. vi. In. xxviii. Respon
dens aūt dn̄s iob de turbine. usq; & hic confrin
ges tumentes fluctus tuos. In. xxix. Nūq̄d post
ortū tuū p̄cepisti. usq; & ponis ratione ei in
t̄ra. In. xxx. Nūq̄d eleuabis in nebula uocem
tuā. usq; iuuenta q̄; p̄arit. In. xxxi. Nūq̄d
uolet rinocerus seruire t̄. usq; utiq; q̄ arguit
dm̄ debet & responde illi. In. xxxii. Q̄ leuit̄
locutus sū responde. usq; q̄ fecit eū applicau
gladiū ei. In. xxx. iii. Huic montes herbas
fert. usq; & flām̄a de ore ei egredit̄. In. xxx.
iiii. In collo ei morabit̄ fortitudo. usq; ip̄e
ē rex sup uniūsos filios sup̄bie. In. xxxv.
Scio q̄a potes. & nulla te latent. usq; et
mortuus ē senex & plenus dierū.
huc usq; pars sext.

a.

assumens